

OFFICIA PROPRIA

ARCHIDIOECESIS VINDOBONENSIS

PARS HIEMALIS

Index Librispetione

Approbatio

Concordat cum Originali ideoque imprimi permittimus.
Vindobonae, die 1 Septembris 1952.

J. Weinbacher
Vic. Gen.

Decembris quibus usus est 3 annis

Die 26 Decembris
S. Stephani

Protomartyris,

Titul. Ecclesiae Metropol.

Duplex I classis cum Octava
communi

Omnia ut in Breviario
(mutato ritu).

Die 1 Januarii

In Circumcisione Domini
et Octava Nativitatis

Duplex II classis

In III Vesperis fit Com-
memoratio diei Octavae

S. Stephani:

Antiphona

Stéphanus autem plenus
gratia et fortitudine,
faciebat signa magna
in populo.

V. Glória et honore
coronasti eum, Dómine. **R.**
Et constituisti eum super
ópera manuum tuarum.

Oratio

Omnipotens sempiterne
Deus, qui primicias
Mártirum in beati Levítæ

Propr. Vindob. Pars Hiemalis

Stéphani sanguine dedicá-
sti: tribue, quæsumus; ut
pro nobis intercessor ex-
sistat, qui pro suis étiam
persecutóribus exorávit
Dóminum nostrum Jesum
Christum, Fílium tuum;
Qui tecum vivit.

Die 2 Januarii
Octava S. Stephani

Protomartyris
Duplex majus

Antiphona et Psalmi ad
omnes Horas et Versus Nocturnorum de occurrenti Hebre-
domadae die ut in Psalterio;
reliqua ut in Festo praeter
Lectiones, quae in I Nocturno
dicuntur de Scriptura occurrenti cum suis Respon-
soriis, in II et III hic assi-
gnantur propriae.

In II Nocturno

Sermo sancti Augustini
Episcopi

Sermo 2 de S. Stephano

Lectio iv

Post hesternum festivis-
simum diem, quo Sal-
vatoris nostri Christi no-

Ratisbonae sumptibus Friderici Pustet
MCMLII

E Typographia St. Gabriel. Mödling

bis Nativitas illúxit, étiam hodiérnus dies beáti Mártiris Stéphani coróna il-lustrátrur. Mártiris illíus mérita nulla pars orbis ignórat: passus enim est in ipso princípio Ecclesiæ, id est, in ipsa urbe Jero-sólyma. Ibi enim Diáconus ministrávit: et in ipso juventútis flore decórem aetátis suaे sanguine pur-purávit. Pássio ejus insígnis est, multúmque mirábilis. Hanc modo de libro Actuum Apostolórum, cum legerétur, non solum audi-vimus, sed étiam óculis spectávimus.

R. Lapidábant Stépha-num invocántem et dicén-tem: * Dómine Jesu Chri-ste, áccipe spíritum meum: et ne státuas illis hoc peccátum. **V.** Pósitis autem génibus clamávit voce magna, dicens. Dómine.

Lectio v

Christus ergo capit Mártirum prior passus est pro nobis, relíquens vo-bis exémplum, ut sequá-mini vestígia ejus. Cujus passiónis vestígia prose-cútus beatissimus Stépha-nus, confiténdo Christum lapidátus a Judaeis, corónam méruit tamquam suo sibi nómine pósitam. Sté-

phanus enim Graece, La-tíne coróna appellátur. Jam coróna nomen habé-bat, et ideo palmam martyrii suo nómine präferébat.

R. Impetum fecérunt unanímiter in eum, et eje-cérunt eum extra civitá-tem, invocántem et dicén-tem: * Dómine Jesu. ácce-pce spíritum meum. **V.** Et testes deposuérunt vesti-ménta sua secus pedes adolescéntis, qui vocabá-tur Saulus: et lapidábant Stéphanum invocántem et dicéntem. Dómine.

Lectio vi

Qui cum lapidaréatur, non solum non exspectábat de persecutóribus re-portáre vindictam, sed eis pótius a Deo véniam pos-tulábat. Memínerat enim dixisse Dóminum: Mihi vindictam, ego retríbuam, dicit Dóminus. Et íterum: Ne díxeris, Ulciscar me de inimícis meis; sed ex-spectá Dóminum, ut tibi auxílio sit. Exspectáre nos iubet Dóminus Deus, ut in die futúrae retributiónis cum sanctis Martýribus vindicémur.

R. Impii super iustum iactúram fecérunt, ut eum morti tráderent: * At ille

Index alphabeticus

Fridolini Conf., duplex, 6 Martii

In Circumcisione Domini et Octava Nativitatis, duplex

II classis, 1 Januarii

Leopoldi Conf. Translatio, duplex majus, 15 Febr.

Severini Abbatis Commemoratio, 8 Januarii

Stephani Protomart., duplex I classis cum Octava com-muni, 26 Decembris

-- Octava, duplex majus, 2. Januarii

pag.

15*

1*

5*

4*

1*

1*

R. br. Amávit eum Dóminus, * Et ornávit eum. Amávit, **V.** Stolam glóriae induit eum. Et. Glória Patri. Amávit. **V.** Os justi meditábitur sapiéntiam. **R.** Et lingua ejus loquétur iudicium.

Oratio

Deus, qui sanctum Leopoldum, cuius Translationem ánnua celebritáte recólimus, ex principátu et curis saeculi hujus, immaculatum ad regnum caeléstis traduxisti: concéde propítius; tua cleméntia ita nos per haec temporália dirigi, ut aetérnae vitae consórtes effici mereámur. Per Dóminum.

Ad Sextam

Capit. Prov. 3, 16-17

Longitúdo diérum in déxtera ejus, et in sinistra illíus divítiae et glória. Viae ejus viae pulchrae, et omnes sémitae illíus pacíficae.

R. br. Os justi * Meditábitur sapiéntiam. **Os.** **V.** Et lingua ejus loquétur iudicium. Meditábitur. Glória Patri. **Os.**

V. Lex Dei ejus in corde ipsius. **R.** Et non supplabuntur gressus ejus.

Ad Nonam**Capitulum**

Sap. 7, 7-8

Optávi et datus est mihi sensus: et invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiae: et praepósui illam regnis et sédibus, et divítias nihil esse duxi in comparatione illíus.

R. br. Lex Dei ejus * In corde ipsius. **Lex.** **V.** Et non supplantabuntur gressus ejus. In. Glória Patri. **Lex.**

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

In II Vesperis

Omnia ut in I Vesperis 5*. præter sequentia.

V. Magna est glória ejus in salutari tuo. **R.** Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Ad Magnif. Ant. Austria laetare, * vere félix régio, quae summis collocáatum Princípibus laudas Leopoldum Marchiónem píssimum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Ferie.

Completorium de Ferie.

gaudens suscépit lápides, ut mererétur accípere corónam glóriae. **V.** Continuérunt aures suas, et impenitum fecerunt unanímiter in eum. **A.** At ille. Glória Patri. **A.** At ille.

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaeum

Lectio vii Cap. 23, 34-39

In illo témpore: Dicébat Ihesus scribis et pharisaéis: Ecce, ego mitto ad vos prophétas, et sapiéntes, et scribas: et ex illis occidéti, et crucifigéti. Et réliqua.

Homilia sancti Hierónymi Presbýteri

Lib. 4 Comment. in cap. 23 Matth.

Jerúsalem, Jerúsalem, quae occídis prophétas. Jerúsalem, nono saxa et aedificia civitatis, sed habitatores vocat: quam plangit patris afféctu, sicut et in álio loco légitim, quod videns eam, fléverit. In eo autem quod dicit: Quóties vólui congregáre filios tuos: omnes retro prophétas a se missos esse testátur. Gallínae quoque similitúdinem congregántis sub alas pullos suos, in cántico Deuteronomio lé-

gimus: Sicut áquila prótegit nidum suum, et super pullos suos desiderávit: expándens alas suas, suscépit eos, et tulit super pennas suas.

R. Stéphanus servus Dei, quem lapidábant Ju-dáei, vidit caelos apertos: vidi, et introiuit: * Beátus homo, cui caeli patébant.

V. Cum ígitur saxórum crepitántium túnice qua-teréatur, inter aethéreos aulae caeléstis sinús di-vina ei cláritas fulsit. Beátus.

Lectio viii
Ecce relinquéter vobis domus vestra desérita. Hoc ipsum ex persona Je-remiae jam ante díixerat: Relíqui domum meam, di-misi hereditátem meam: facta est mihi heréditas mea quasi spelúnca hyæ-næ. Desértam Judaeórum domum, id est, templum illud, quod fulgébat augú-stius, óculis comprobá-
mus, quia habitatórem Christum pérdidit, et hereditátem prae-
cipere gé-siens, occídit herédem.

R. Patefactae sunt já-nuae caeli Christi Mártyri beátó Stéphano, qui in número Mártyrum invéntus est primus: * Et ídeo

triūphat in caelis coro-nátus. **V.** Mortem enim, quam Salvátor noster di-gnátus est pro nobis pati, hanc ille primus réddidit Salvatóri. Et ídeo. **Gloria Patri.** Et ídeo.

Lectio ix

Dico enim vobis: Non me vidébitis ámodo, donec dicátis: Benedictus qui venit in nómine Dómini. Ad Jerúsalem lóquitur, et ad pótulum Judae-órum. Versiculum autem istum, quo et párvuli atque lacténtes in ingrésso Jerúsalemente Dómini Salva-tóris usi sunt, quando dí-xérunt: Benedictus qui venit in nómine Dómini, hosánna in excélsis, sump-sit de centésimo décimo séptimo Psalmo, qui maniféstē de advéntu Dómini scriptus est.

Te Deum laudámus.

In Vesperis fit Commemo-ratio sequentis:

Ant. Iste est Joánnes, qui supra pectus Dómini in coena recubuit: beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta caeléstia.

V. Valde honorándus est beátus Joánnes. **R.** Qui supra pectus Dómini in coena recubuit.

Oratio
Ecclesiásiam tuam, Dómi-ne, benígnus illústra: ut, beáti Joánnis Apóstoli et Evangelistae illumina-ta doctrínis, ad dona per-véniat sempitérna. Per Dóminum.

Die 8 Januarii

**S. Severini Abbatis
Commemoratio**

In Vesp. **Ant.** Similábo eum viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dómi-nus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriae induit eum.

Oratio

Intercéssio nos, quae-su-mus, Dómine, beáti Se-verini Abbatis comméndet: ut, quod nostris mé-ritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Ad Laudes **Ant.** Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitúam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Justum dedúxit Dó-minus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Quasque Sanctórum vé-te-res refécit,
Struxit et aedes.

Hinc, memor voti vé-te-ris, Maríae Virgini sumptu nímium profuso Claustroneobúrgi célebres ubique

Cóndidit aedes.

Signa patrávit númerō stupénda,
Vinctus implórat quā série malórum Sat diu notum sibi Mar-chiónem

Astra tenéntem.

Sit salus illi, decus at-que virtus,
Qui super caeli sólio co-rúscans

Totius mundi sériem gu-bérnat
Trinus et unus.

Amen.

V. Magna est glória ejus in salutári tuo. **R.** Gloriá et magnum decórem im-pónes super eum.

Ad Bened. **Ant.** Virum insígnem,* pietatéque laudábilem sanctum Leopól-dum Dóminus respéxit, quem crebra post mirácula divína justitia ad áethera vexit.

Oratio

Deus, qui sanctum Leo-poldum, cuius Trans-

latiōnem ánnua celebritá-te recólimus, ex principátu et curis sáeculi hujus, im-maculátum. **A**d regnum caeléstē traduxísti: concéde propítius; tua cleméntia ita nos per haec temporália dírigi, ut ae-térnae vitae consórtes éf-fici mereámur. Per Dóminum.

Et post Commemorati-onem Feriae in Quadragesima fit Commemoratio Ss. Mart-yrum:

Ant. Vestri capilli cápi-tis omnes numeráti sunt: nolite timére: multis pas-séribus meliòres estis vos. **V.** Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Laetabúntur in cubílibus suis.

Oratio

Deus, qui nos ánnua-tem sanctórum Mártirum tuórum Faustini et Joví-tae solemnitáte laetíficas: concéde propítius; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

Ad Horas Antiphona et Psalmi de Feria; ad Primam Lectio brevis Optávi, ut infra ad Nonam 14*.

Ad Tertiām

Capit. Beátus homo, ut supra ad Laudes 12*.

christianae fidei confes-
sione perstiterunt. Nam
Bríxiae diu vinculis con-
stricti, feris etiam objécti
in ignémque conjécti, et a
béstias et a flamma intégrí
et incólumes serváti sunt.
Inde vero eisdem caténis
colligati Mediolánum ve-
nérunt; ubi eórum fides
tentata exquisitíssimis
torméntis, tamquam igne
aurum, in cruciáibus magis
enituit. Póstea Romam
missi, ab Evaristo Pontí-
fice confirmáti, ibi quoque
crudelíssime torquéntur.
Dénique perdúcti Neápoli-
m, in ea etiam urbe várie
cruciáti, vinctis manibús
pedibúsque in mare de-
merguntur; unde per An-
gelos mirabiliter erépti
sunt. Quare multos et con-
stántia in torméntis et mi-
raculórum virtute ad Chri-
sti fidem convertérunt.
Postrémo redícti Bríxiām
inítio suscépti ab Hadriáno
impérii, secúri percússi,
illústrem martyrii coró-
nam accepérunt.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes

Ant. 1 Testimónia pii
Marchiónis * credibília
facta sunt, quem in Ecclé-
sia Dei venerátur longi-
túdo diérum.

Psalmi de Dominica 1 loco.

2 Laudémus nomen Dó-
mini, * quia de domo Au-
striae illúxit lumen pietá-
tis, cuius memória a gene-
ratione in generationem
périanet. supigno. Jam

3 In matutinis Leopól-
dus * meditátus est Deum
factórem suum, sciens,
quod quaerénti regnum
Dei réliqua famulántur.

4 Benedictus es, Dómi-
ne, * in firmaménto caeli,
qui pium Marchiónem ad
caeléstis fastigii triúm-
phum elegisti.

5 Reges terrae, et Prínci-
pes, * et omnes pópuli
laudent Dóminum, qui
Leopóldum constitútus
Austriae Patrónum.

Capit. Prov. 3, 13-15

Beátus homo, qui inven-
nit sapiéntiam, et qui
áffluit prudéntia. Mélior
est acquisítio ejus negoti-
atióne argénti, et auri
primi et puríssimi fructus
ejus. Pretiósior est cunctis ópi-
bus, et ómnia, quae desiderántur,
huic non valent
comparári.

Hymnus

Quis sagax auri númeret
talénta,
Quae pios vertit sápiens
in usus

Oratio

Intercéssio nos, quaesu-
mus, Dómine, beáti Se-
veríni. Abbátis commén-
det: ut, quod nostris méritis
non valémus, ejus pa-
trócinio assequámur. Per
Dóminum.

Die 15 Februarii

In Translatione
S. Leopoldi

Confessoris, Marchionis
et Patroni Austriae

Duplex inauis

In I Vesperis

Antiphona 1

Dóminus confrégit *
in die belli inimicos
Leopoldi.

Psalmi ut in I Vesperis de
Communi Apost.

2 Leopóldus conféssus
est * in consilio, et con-
gregatióne ópera Dómini.

3 Dispérsit, dedit pa-
péribus, * justitia ejus
manet in saeculum saeculi.

4 Collocávit Dóminus *
Leopóldum cum princípi-
bus pópuli sui.

5 Vota redidit * Leo-
poldus in conspéctu pópuli
Austríaci.

Capit. Prov. 3, 13-15

Beátus homo, qui invenit
sapiéntiam, et qui áf-

fluit prudéntia. Mélior est
acquisítio ejus negotiatió-
ne argénti, et auri primi
et puríssimi fructus ejus.
Pretiósior est cunctis ópi-
bus, et ómnia, quae desi-
derántur, huic non valent
comparári.

Hymnus

Quis sagax auri númeret
talénta,
Quae pios vertit sápiens
in usus
Quasque Sanctórum véte-
res refécit,
Struxit et aedes.

Hinc, memor voti véte-
ris, Maríae
Vírgini sumptu nímium
profuso
Claustroneobúrgi célebres
ubique
Cóndidit aedes.

Signa patrávit númeru
stupénda,

Vinctus implórat séries
malórum
Sat diu notum sibi Mar-
chiónem

Astra tenétem.

Sit salus illi, decus at-
que virtus,
Qui super caeli sólio co-
rúscans

Totus mundi sériem gu-
bérnat
Trinus et unus.

Amen.

V. Magna est glória ejus in salutári tuo. **R.** Glóriam et magnum décorem imponés super eum.

Ad Magnif. Ant. Gloriósus * apparuísti inter príncipes Austriae, sancte Leopólde, ídeo diadéma suscepísti de manu Dómini, ora pro nobis ad Deum, qui te élégit.

In II Vesperis

Ad Magnif. Ant. Austria laetáre, * vere felix régio, quae summis collocátum Príncipibus laudas Leopóldum Marchiónem piissimum.

Oratio

Deus, qui sanctum Leopóldum, cuius Translationem ánnua celebritáte recólimus, ex principátu et curis saeculi hujus, immaculátum ad regnum caeléstis traduxísti: concéde propítius; tua cleméntia ita nos per haec temporália dírigi, ut aetérnae vitae consórtes éffici mereámur. Per Dóminum.

Et post Cominmemoratiōnem Feriae in Quadr. fit Com. Ss. Faustini et Jovitiae Mm.:

Ant. Istórum est enim regnum caelórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia

regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

V. Laetámimi in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámimi, omnes recti corde.

Oratio

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártirum tuórum Faustini et Jovítiae solemnitáte laetificas: concéde propítius; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

Completorium de Feria.

Ad Matutinum

Invit. Adorémus Christum Regem Confessórum, * Qui sua inscrutábili cleméntia pium coronávit Leopóldum. Ps. 94 Venité, exsultémus.

Hymnus

O virum cunctos supereminéntem! Caelitum summos inhians favóres Vincis occúltos tibi blan- diéntis Daemonis astus.

Máximam temnens húmilis corónam Caesaris, soli súperum Parénti

Te sacras, cura melióre flagrans Péclore toto.

Homilia sancti Bedae Venerabilis Presbýteris Comment. in Luc.

Homo nóbilis ille est, cui caecus supra clamabat: Fili David, miserére mei. Longíqua régio Ecclésia est ex géntibus, de qua eídem homini nóbili, qui lóquitur: Ego autem constitútus sum Rex ab eo, dicitur a Patre: Póstula a me, et dabo tibi gentes hereditátem tuam, et possessiónem tuam términos terrae. Quae videlicet hereditas ac posséssio bífaria ratione régio longíqua vocátur: vel quia a finibus terrae clamat ad Dóminum, vel quia longe est a peccatóribus salus. Et cum Deus ubique sit praesens, longe tamen ab eórum sensu, qui idóla collunt, Deus verus abest.

R. Euge, serve bone, quia in módico fuísti fidélis: * Eris potestátem habens super decem civitátes. **V.** Dómine, mna tua decem mnas acquisívit: et ait illi. Eris.

Lectio viii

Vocatis autem decem servis suis. Denárius númerus ad legem pertinet propter Decálogum. Vocat itaque paterfamí-

lias decem servos, quia éligit discípulos per litteram legis imbútos. Dat illis decem mnas, quia legis dicta spirituáliter intelligénda revélat. Post passionem quippe resurrectionemque suam apéravit illis sensum, ut intellicherent scriptúras. Mina namque, quam Graeci mnas vocant, centum drachmis appénditur: et omnis scriptúrae sermo, quia vitae caeléstis per fectionem súggerit, quasi numeri centenárii póndere fulgescit.

R. Gloriósus apparuísti inter Príncipes Austriae, sancte Leopólde, ídeo diadéma suscepísti de manu Dómini: * Ora pro nobis ad Deum, qui te tales élégit. **V.** Constituit Leopólde Dóminus príncipem et patrónum Austriae. Ora. Glória Patri. Ora.

In Quadragésima IX Lectio de Homilia Feriae; alias Pro Ss. Faustino et Jovita Mm.:

Lectio ix

Faustínus et Jovítia fratres, nóbiles Brixiani, in multis Itáliae úrbibus, quo vinci saevíente Trajáni persecutiōne ducebántur, acerbíssima suplicia perpessi, fortis in

Lectio vi

Non longe post canonizationem sedes Apostolica solennem translationem reliquiarum pii Marchionis induit, et indulgentiis populum ad hanc solemnitatem invitavit. Jacobus Praepositus Claustroneoburgensis hanc festivitatem vicinis dioecesis indicavit, ast Maximilianus primus Imperator eam tamdiu differendam mandavit, usque dum ipsem translationi interesse posset. Anno dein millésimo quingentésimo sexto, Februárii die décima quinta, Leonárdus Archiepiscopus Salisburgensis, assisténtibus Episcopis et viginti septem Praelatis, ossa sancti Leopoldi et túmulo sublevavit, et honorificéntius super Altare collocavit. Maximilianus Imperator processionem solennem comitatus est hábitu, et píleo Archidúcis ornátus, quem secuti sunt Dux Juliacensis, Nóbiles, Clerus et populus infinitus, laudantes Deum, qui glorificavit pium Marchionem. Július secundus Póntifex Máximus hanc translationem quotannis décima quinta

Februárii recoléndam instituit.

R. Consummatus in brevi explévit témpora multa: Plácita enim erat Deo áнима illius. **V.** Propter hoc properavit edúcere illum de médio iniquitatum. Pácita. Glória Patri. Plácita.

In III Nocturno

Ant. Nec dolum linguae, nec opprobrium contra próximos egit, quia eos amóre Dei sicut se ipsum diléxit.

Ant. Ut clibanum pósuit odientes Leopoldum Dóminus, sed ei benedictio- nis, et multorum bonorum trábut decus.

Ant. Haec est generatio quaerens Deum, ex qua beatus Leopoldus innocens manibus et mundo corde progréditur.

V. Lex Dei ejus in corde ipsius. **R.** Et non supplantabuntur gressus ejus.

Léctio sancti Evangélii secundum Lucam

Lectio vii Cap. 19, 12-26

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parabolam hanc: Homo quidam nóbilis ábiit in régionem longinquam accípere sibi regnum, et revérti. Et reliqua.

Quin sciens artis populo ferócio te zollit Praedicas Christum probitatem morum, Quae Dei, non quae tua sunt, tenaci Péctore volvens.

Sic sibi laudis nihilum peróptans,

Bis truces Hunnos réppulit coáctus, Atque sic fretus pietate, multos Súbdidit hostes.

Sit salus illi, decus atque virtus, Qui super caeli sólio corúscans

Totius mundi sériem gu- bérnat Trinus et unus.

Amen.

In I Nocturno

Ant. Beatus Leopoldus ab infántia sua viam justitiae in lege Dei scrutatus, iter impiorum non ámbulans, in timore illi servivit.

Psalmi trium Nocturnorum de Communii Conf. non Pont.

Ant. Eruditus terréna Leopoldus judicavit, quia Dómino servivit in timore, exsultans ei, qui summa majestas est, cum tremore.

Ant. Millia vóbuli multa

non tímuit, quia Dóminum sui cōporis custódem et pátriae defensórem propítium hábuit.

V. Amávit eum Dóminus et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

De libro Ecclesiástici

Lectio i Cap. 31, 8-11

Béatus vir, qui invéntus est sine mácula: et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesauris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória aeterna: qui pótuit tráns-gredi, et non est transgréssus: fáceré mala, et non fecit: ídeo stabilita sunt bona illius in Dómino, et eleemosynas illius e-narrábit omnis Ecclésia Sanctórum.

R. Exsultáte in Rege vestro, o fidéles ánimas, qui ab aetérno nobis fidum praedestinávit advocátum Leopoldum ínclytum.

Ant. Eruditus terréna Leopoldus judicavit, quia Dómino servivit in caelo, qualis ab ómnibus in terra est cognominátus.

V. Pius méruit solótenus praedicári, qui nunc fer-ventíssimus interpellátor nequit dubitári. **Qui,**

Lectio ii**Cap. 32, 18-20, 28; 33, 1-3**

Qui timet Dóminum, ex-cípiet doctrinam ejus, et qui vigiláverint ad il-lum, invénient benedicti-onem. Qui quaerit legem, replébitur ab ea: et qui insidióse agit, scandaláz-bitur in ea. Qui timent Dóminum, invénient judí-cium justum, et justítias quasi lumen accéndent. Qui credit Deo, atténdit mandátis; et qui confidit in illo, non minorábitur. Timénti Dóminum non oc-cúrrent mala, sed in tentatióne Deus illum con-servábit, et liberábit a ma-lis. Sápiens non odit man-dáta, et justítias, et non illidétur quasi in procélla navis. Homo sensátus cre-dit legi Dei, et lex illi fidélis.

R. Multum valet depre-catio justi, assídua apud Dóminum, * Orémus ergo omnes, ut per preces Leo-poldi véniam obtineámus et grátiam. **V.** Constituit eum dómínum domus sua, et príncipem omnis pos-sessiónis sua. **O**rémus.

Lectio iii Cap. 34, 14-20

Spíritus timéntium Deum quaeritur, et in respéctu illius benedicétur. Spes

enim illórum in salvántem illos, et óculi Dei in dili-géntes se. Qui timet Dó-minum, nihil trepidábít: quóniam ipse est spes ejus. Timénti Dóminum beáta est ánima ejus. Ad quem rēscipit et quis est fortitúdo ejus? Oculi Dómini super timéntes eum, protéctor poténtiae, firma-méntum virtútis, tégimen ardóris, et umbráculum meridiáni, deprecátió of-fensiónis et adjutórium casus, exáltans ániam, et illúminans óculos, dans sanitátem et vitam et be-nediictiōnem.

R. Quamvis forma claru-s extra appáruit, intus tamen grátior pietáte fuit, Dotátus stola prima su-pervestíri, cùpiens secún-da. **V.** Stabilita sunt bona illius in Dómino, et ele-mósynas illius enarrávit omnis Ecclésia Sanctórum. **D**otátus. **G**lória Pa-tri. **D**otátus.

In II Nocturno

Ant. Mirificávit Dómi-nus Leopoldum, et exaudívit eum in cubílibus ad se clamántem.

Ant. Odívit iniquitatēm operántes, scélera abomi-nándo, cum dilectione pro-ximórum.

Ant. In univérsa terra admiráble est nomen Dó-mini; qui Leopoldum pie-tate plenum, glória et principátus honóre coro-navit. **V.** Os justi meditábitur sapiéntiam. **R.** Et lingua ejus loquéatur iudícium.

Lectio iv

Sancti Leopoldi corpus ad Claustrum Neobúrgi conditum, innúmeris coe-pit clarére miráculis, quibus Deus tanti viri sancti-tátem voluit maniféstam. Namque ad ejus invoca-tiōnem mórtui suscitáti, caeci illumináti, surdi au-dítum, muti loquélam, claudi gressum, captívi li-bertátem, váriis morbis oppréssi sanitátem sunt consecuti. Hinc conflúxit permúltus pópulus ad ejus sepúlcrum, praecípue in anniversário, et cum candélis, et áliis veneratiōnis signis, qua Beátum eum habébant.

R. Dispérserit, dedit pau-péribus: * Justitia ejus manet in sǽculum sǽculi. **V.** Beátus, qui intélligit super egénum et páupe-rem. **J**ustitia.

Lectio v
Rudólphus quartus Ar-chidux Austriae, pó-

puli sui votis indúcitus, in-stántiam pro canonizatió-ne pii Marchiónis apud Summum Pontíficem fecit, qui étiam inquisitiōnem in vitam et mirácula Leopoldi plúribus Cardinálibus commísit. Inquisitiōne du-rante Innocéntius sextus Póntifex Máximus et Ru-dólphus quartus extré-mum diem egérunt, et in quisitiō demandáta inféc-ta remánsit, usque dum Fridericus quartus Imper-átor, et ejus conjux Eleo-nóra, Mathías Hungáriae Rex, Udalricus Episcopus Pataviénsis, ac Nóbiles et incolae totius Austriae pro reassumptiōne inquisitiōnis súpplices facti sunt. Anno deinde millésimo quadringentésimo octogé-simo quinto Innocéntius octávus, clarissimis sancti-móniae documentis rite compértis, Leopoldum Sanctórum catalogo ad-scípsit.

R. Invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiae, et praeposui illam regnūs et sédibus. * Et divítias nihil esse duxi in comparatiōne illius. **V.** Mélior est enim sapiéntia cunctis óibus pretiosissimis. **E**t divítias nihil.